



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

VI. Vt religiosa puella virorum familiaritatem non habeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
 CHRISTI
 400.

VI.

Item neque puella Dei aut familiaritatem ha-
 beat cum confessore, aut cum quolibet laico, sibi
 sanguinis alieni: aut conuiuium sola adeat, nisi vbi
 sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut vi-
 duarum honestarumque; vbi honeste confessor
 quilibet, cum plurimorum testimonio, conuiuium in-
 teresse poterit. Cum lectoribus autem in ipso-
 rum domibus non admittendas penitus, nec vi-
 dendas; nisi forte consanguinea soror sit, vel v-
 terina.

VII.

Placuit, vt si quorumcumque clericorum vxo-
 res peccauerint (ne forte licentiam peccandi plus
 habeant) accipiant mariti earum hanc potesta-
 tem, præter necem, custodiendi ac ligandi in
 domo sua, ad ieiunia salutaria non mortifera co-
 gentes: ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium
 ferant, si seruitia forte non habeant. Cum vxoribus
 autem ipsis quæ peccauerint, nec cibum sumant; ni-
 si forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuer-
 tantur.

33. q. 2.
 Placuit, vt
 si quocum-
 que. Dec.
 Iuo. p. 8.
 cap. 23j.

VIII.

Si quis post baptismum militauerit, & chlamy-
 dem sumpserit, aut * cingulum; etiamsi grauiora
 non admiserit, si ad clerum admissus fuit, diaconii
 non accipiat dignitatem.

Dist. 51. Si
 quis post
 baptim.

* cingu-
 lum ad
 necan-
 dos fide-
 les, etiã

IX.

Nulla professa, vel vidua, absente episcopo vel
 presbytero, in domo sua antiphonas cum confes-
 sore, vel seruo suo faciat: lucernarium vero, nisi

Concil. Tom. 3.

Cccc ij